



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXIII. Rigor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. LXXIII.
Rigor.

Axioma I.

Rigorem quando lex civilis fovet, licet expresse per Canonem non reprobetur, talis rigor non observatur de Jure Canonico, cap. dilecti. de judic. Abb. in c. filius. per ill. text. de testam. in ult. nomb. item in repetit. c. cum esset. col. 5. & 6. eod. tit. & cap. Ecclesia. de consuet. Gomez. ad §. actionum. Instit. de actionib. n. 4. quem consistere in generalitate verborum legis, non attentamēte & ratione ipsius, autumant Canonistae in cap. 2. de re jud. quos citat Covarruvias reg. possessor. p. 2. §. 6. n. 6. de Regulis Juris in 6. appellans eum, juris excessum ad terrorem, Abbas d. cap. 2. in princ. de ejus asperitate vide Mantic. 8. observ. 81. Valascum q. 5. n. 3. Unde etiam Pontifex rigorem juris in d. cap. literis, de restitu. spo. liat. (ut advertit Panorm. ibid. n. 6.) accepit pro odiosa illa subtilitate, quae benignitati opponi solet, quod probare videtur text. in l. generaliter 24. §. si quis servo 10. in fin. de fideicommiss. libert. ubi rigor jus subtile dicitur, & cap. cum illorum 32. de sentent. excomm. latē Tiraquell. de retract. consangu. §. 35. gloss. 1. n. 21. dum docet, rigorem juris esse summum illud jus, quod à Cicerone, Terentio, & aliis summa injuria appellari consuevit, rigorosa etiam dispositio dura dicitur in l. proposita 10. ff. qui & a quib. manumiss. quae odii plena sit, quod latissime explicant Covarr. in d. cap. possessor. p. 2. §. 6. de R. l. Menoch. remed. 1. recap. possessor. n. 21.

Intellige verum de tali rigore, ubi nulla ratio per aequitatis artem elici potest, Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 2. lit. b. non verò de justitia aequitatis, conf. Duaren. 2. disp. annu. 18. & ad tit. de just. & jur. cap. 2. Ant. August. 4. emend. §. Conan. 1. comm. 11. Donell. 1. comm. 13. Coraf. p. 1. de art. jur. cap. 15. Siquidem hoc in casu rigor & aequitas, quoad justitiam, non sunt contraria, imò utrumque sub justitia continetur, quia justitia est ars boni & aequi, alioqui si dixeris esse contraria, ut Dd. plerumque loqui solent, necesse est fateri, quod justitia contineat secum pugnantia. Et si rigor est justitia, fateri oportet aequitatem esse illi rigori contrariam, quod absurdum, & contra l. placuit §. C. de judic. Non sunt ergo aequitas & rigor legis contraria, sed altera alterius moderatrix & sive temperamentum ex ratione legis ipsius deductum, (quod Aristoteles *Μέτρον* vocat, glossa verò in cap. ut constitueretur. verb. detrahendum, distinct. 50. dispensationem,) & sicut exceptio temperat regulam, ita aequitas temperat rigorem legis, nec tamen omnino sunt opposita, sed utraque sub lege & justitia continentur & secundum hanc accipienda esse, cap. 2. & cap. fin. de transact. l. in ambiguis 85. §. quoties 2. de Regulis Juris d. l. placuit §. C. de judic. refert Alvar. Valascus d. q. 5. n. 3.

II.

Rigori praefrenda est aequitas, cap. unic. de rer. permur. in 6. Clem. quamvis 2. in princ. de appellat. imò rigori juris detrahendum est quandoque consideratis locorum qualitatibus, cap. super

51. extr. de sent. excomm. ita rigori detrahitur, ubi multorum strages timetur, cap. ut constitueretur 25. in fin. dist. 50. cap. quoties à populis 1. q. 7. ita rigorem temperari mansuetudine debere, textus est in Clem. 1. §. quia. de judic. ita quandoque Rigor juris ratione aetatis temperatur, cap. ult. extr. de sent. excomm. cap. ult. distinct. 14. & generaliter rigorem juris non esse servandum, secundum Canones, praecipue ubi jus actoris factum est deterius, asserit cap. 1. extr. de dol. & contum.

CAP. LXXIV.
Rixa.

Axioma I.

Ubi rixa inopinata datur, ibi cessat dolus, l. 1. §. Divus 3. ff. de scar. & ibi Alberic. n. 5. in fin. l. si in rixa 17. post num. 1. ff. eod. Gram. decis. 17. n. 4. & decis. 23. n. 6. Menoch. de arbit. judic. q. cas. 362. n. 4. vers. haec juris, & n. 11. Ludovic. Peguerus decis. crim. 14. n. 15. Honded. consil. 99. n. 45. lib. 1. Farinac. 1. consil. 67. in addit. sub lit. a. unde rixae initium semper attendendum esse, ut dignoscatur, an fuerit simplex, vel ex proposito processerit, colligit Blanc. in sua pract. criminal. §. secunda pars defensionis. n. 11. ideoque quando rixa à joco incipit, animus non occidendi adfuisse censetur, Cephal. consil. 31. n. 4. vers. tertia praesumptione, Bertazol. 1. consil. decis. 309. n. 1. & 2. quapropter homicidium rixae calore commissum, licet dolo commissum dicatur, & ex proposito, & forsitan ex hoc videatur, pro eo imponi posse poenam ordinariam: aequius tamen judicant Doctores, eum non nisi extraordinaria poena plecti debere, per d. l. 1. §. Divus 3. in fin. de sic. & l. 1. §. quare ad Tertull. Farin. 1. consil. 2. in addit. lit. c. Conf. Tiraquell. de pen. temp. caus. 1. n. 1. & seqq. Alber. in l. si in rixa. post n. 3. de scar. Gram. decis. 1. n. 4. & decis. 23. n. 6. Clar. in pract. crim. §. homicidium. n. 37. vers. alia etiam est defensio, in fin.

II.

Non debet pati ad arma & rixas procedere eos Praetor, quos sua jurisdictione potest compescere, l. 13. §. de usufruct.

III.

Rixae inceptor non dicitur, quia irā aliquid facit, sed qui ad iram provocat, post Aristotelem Bald. per eum allegatus consil. 143. super questione. col. 1. lib. 1. Farin. 1. consil. crim. 35. n. 14. atque hunc semper dici in culpa esse docet Bald. in l. si ex plagis. §. cum Tabernarius. ad L. Aquil.

IV.

Rixae autor propter homicidium non tenetur ordinaria poena, nisi & pugnae autor sit. Johann. à Sande decis. l. 5. tit. 9. de fin. 7.

CAP. LXXV.

Rogatio. Rogari.

Rogare est jubere & mandare, l. 1. §. 1. ff. mandat. Unde verbum rogo esse significativum voluntatis ipsius rogantis, cum demonstret, quid ille velit, ait Menoch. l. 2. arbitrar. judic. cas. 461. num. 19. Ubi simul etiam limitat procedere in